

1. Producitur fons, qui ad imperium nostrum salit & salire desinit, cuius constructionis fundamentū simul aperitur, ubi deprehenditur fluxum aquæ cessare, quando aer succedere nequit in ejus locum.

2. Siphone vitro longiore, vulgo **Stechheber**/immisso dolio vini vinum extrahi potest, quando orificium superiorius digito clauditur, & tunc nihil ex inferiori aperto effluit: simulac autem aperto superiori orificio liber aeri concedatur ingressus, protinus ex inferiori effluit vinum.

3. Tenuissimo tubulo vitro ex eodem fundamento Mercurius ex alio vitro extrahi potest, ut libere suspenderetur in aere.

4. Globo stanneo poris copiosis referto commodissime plantas pro lubitu irrigare possumus ita, ut tantum aquæ emittat, quantum nos velimus.

5. Constructio curiosa infundibuli, quo solent agyrtæ uti, exponatur, ex hoc infundibulo aqua repleto aqua effluit tota, postea de novo aqua aliquot vicibus pro lubitu reddi potest.

6. Fons tantum reddit aquæ salientis quantum succedit aeris, & hinc mensæ imponi & elegantissimo spectaculo in locum clepsydræ adhiberi potest.

7. Ex eodem fundamento lampas constructa ostenduntur, ubi tantum olei effluit quantum necesse est ad nutriendum ellychnium.

### DEMONSTRATIO XIII.

**C**orpus in centro virium suarum motricium seu in æquilibrio constitutum quietscit, quo magis autem a centro illud recedit, eo major fit motus.